

004.

4
M
1706,2

SEMICENTURIA THESIUM THE- ORICO-PRACTICA- RUM JURIS FEUDA- LIS CONTROVERSI,

QUAM
D. O. M. A.
Præside

ANDREA HOMBORGIO,

J. U. D. & in Academia Julia Pro-

fessore Juris Canonici & feudalis,
Judicij Guelpherbytani provincialis Assessore,

Præceptore meo atque Patrono Venerando,
ad diem Januar. MDCCVI,
publico eruditorum examini

submittam,

Respondens & Autor

JOACH. HEINR. WALTHAUSEN
Hamelensis.

HELMSTADII

Typis Georgi-Volfgangi Hammii, Acad. Typogr.

30.

THESSALONICIA
OR CO-THESALONICA
RUMIURIS HENDA
TIS GOUTYRARR

ANDREAS MONOCRIS
LUDOVICUS AGRICOLA
TIBERIO CLOPPIUS ET ALBERTO VITELLIO
PACIOPPEUS MUSIUS ET FRANCIO SARTORIUS
HANS DRIESIUS - LUDVICO MDCCCL
FEDERICUS FREDERICUS AUGUSTUS
JOACHIM HIRNSCHWALD WALTHER
TIBERIO CLOPPIUS - AGRICOLA
30



IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

THESIS I.

Fus feudale, quod libris comprehenditur
feudorum, & Longobardis originem de-
bet, consuetudinarium est *I. f. 1. §. 4. I. f.*
13. § 15. 2. f. 7. pr. 2. f. 9. pr. 2. f. 23. item
81. 82. 83. 84. Vultej. lib. 1. de feudis c. 1.
§. 3. 4. Cardinal. Tusch. sub lit. F. concl. 169. Georg. Obrecht.
lib. 1. Cap. 3. de Jure feud. Gothofr. Antoni. Disp. feud. 1.
th. 1. L. f. 1. Conring. de O. j. Cap. 33. in fin. Grot. l. 2. C. 7.
§. 21. Cui opinioni merito subscribimus moti rationi-
bus, quas Perez. ad tit. C. que sit long. Confuet. n. 6 §
Georg. Obrecht. Cap. 3. lib. 1. de jure feud. afferunt. Utut
nonnulli cum Goldasto in præfat. tom. der Sætzungen.
p. 1. Seit. 2. §. diese in fine, cum Schrädero & aliis scri-
pto juri malint accensere. Verum Imperatorum Con-
radi, Henrici, Lotharij, Friderici constitutiones, &
*nonnullorum Pontificum decretales, que libris feu-
dorum insertæ reperiuntur, ad jus non scriptum haud-*
quaquam sunt referendæ. Vult. l. c. Sonsbec. de usib.
feud. p. 1. n. 26.

A 2

II.

II.

In nostro Imperio jus feudale Longobardicum non minorem in feudalibus controversiis decidendis habere auctoritatem , quam jus civile in allodialibus , tum plerique doctores per text. 2. f. 1. jung. *Artur. Duck. de Autorit. Juris Civ. lib. 1. c. 6. §. 87. Eric. Mauritius pos. jur. feud. decad. 1. pos. 8. Cunrad. Rittershus. partit. Jur. feud. l. 1. C. 1. n. 7. Struv. Jus feud. lib. 1. Cap. 1. Aph. 7. n. 8. Job. Wilhelm. Itterus cap. 2. de feud. Imp. Dn. Rhetius in feud. n. 4. proœm. p. 8. & seq. : Cum ipsa praxis hodierna, satis superque edocent. Pariter certum est, quod hoc jus feudale tam Laicos quam Clericos obliget per text 2. f. 40. cap. 5. de Judic. c. 6. 7. x de for. compet. c. 1. & 2. x de feud. c. 7. de conslit. Fachin. Controv. lib. 7. cap. 2. Sigismund. Finckelhaus. Disp. 1. feud. controv. 11. Quam juris feudalis obligationem in præscriptione cum *Wesembec. de feud. proœm. n. 4. Vultej. l. 1. c. 1. n. 7.* minime fundamus, sed in sola receptione ex libera voluntate profecta. Et cum quandoque naturali planè conveniens sit rationi, illud ad casus, qui jure civili non sunt decisi, licet sint non feudales, decidendos adhiberi posse, cum *D. Stryck. in exam. Jur. feud. c. 1. Q. 29. Rosenthal. c. 1. concl. 10. n. 3.* statuimus: frustra discentientibus *Struv. in syntag. J. F. c. 1. aph. 14. n. 3. Borcholt. de feud. c. 2. §. 31. 32.* Quod tamen de capitulis ordinariis non extraordinariis intelligendum esse putamus contra *Cujacum de feud. l. 4. tit. 73. & Finckelhaus. Disp. 1. controv. 16.**

III.

Quamvis feudum minus recte a *Rittershusio l. 1. c. 3. partit. feud.* per contractum describatur. *Carpz. Disp.*

*Disp. I. de feud. §. 27. §. 29. Georg. Obrecht. lib. 1. C. 4.
n. 18. de jur. feud. Finckelthaus. Disp. feud. I. Contr. 17. cer-
ta tamen ratione ususfructus appellari potest per text.
2. f. 23. Niell. Disp. I. de feud. Posit. 6. L. f. contra Boce-
rum in tractat. de qualitate & differentia feudi c. I. n. 13.
indistincte id negantem. Struv. Syntag. J. F. C. 2. aph. 3.
Eric. Mauritius decad. I. posit. Jur. feud Controv. pos. I. §. 2.*

IV.

Substantiam feudi mutua fides, ad quam vasallus
domino & dominus vasallo est obstrictus, absolvit.
*Dn. Stryck. c. 2. Q. 21. exam. J. f. adeo ut, licet naturalia,
quæ alias communiter ad feudum requiruntur, absint,
feudum tamen subsistat 2. f. 3. §. 1. in fin. 2. f. 5. 6. 7. Hinc
consequitur, quod, sicut cœtera pacta contra actus sub-
stantiam interposita nullius sunt momenti per l. 27. §. 3.
ff. de part. l. 29 §. 2. ff. pro socio; ita conventio, qua in
feudo fides remittitur, jure non subsistat Borcholt. c. I.
§. 2. Rosenthal. c. 2. Concl. 57. de feud.*

V.

Dominum, feudum novum jure antiqui, Nach Ahrt
und Eigenschaft eines alten Stamm-Lehns, valide
concedere posse, tum praxis Mynsing. Cent. 4. obs. 84.
Gail. lib. 2. obs. 50. cum ipsa juris feudalis theoria arg. 2.
f. 18. §. 48. approbant. Antiquum vero jure novi feu-
di datum, ne cognatis jus succedendi, quod iis bene-
ficio primi concedentis domini & primi acquirentis
vasalli competit I. f. 14. §. 1. invitis admatur, non im-
mutat naturam antiqui. Finckelthaus. Disp. feud. 3. Con-
trov. 17. Gail. 2. O. 49. Mynsing. 2. O. 94. Rosenthal. Cap. 2.
concl. 17. Georg. Obrecht. Lib. 1. c. 5. n. 76. 77. §. seqq. de Jur.
feud. Berlich. dec. 310. n. 7. §. seqq. contrariam opinionem
fovet

fovet Ernest. Cothman. Vol. 1. Consil. 9. n. 81. 82. Franc.
Niger in controvers. forensibus controv. 4. n. 86. & seq.

VI.

Sola feudi nobilis possessio non facit nobilem,
Borcholt. c. 4. §. 13. 14. Guil. Fornerius Antecessor Aurelianensis de feud. cap. 4. §. 4. licet dissentiat Anton. *Contius c. 3. §. 4. de feud.* Nec sufficit ut dominus concedens nobilitandi potestatem habeat, sed insuper voluntas ejus, vel tacite vel expressè in literis investituræ declarata, requiritur *Carpz. disp. feud. 2. §. 16. 17. Dn. Stryck. de jur. & action. non cessibl. c. 2. §. 3.* Hinc duæ solent constitui notæ, quæ feudi nobilis essentiam, absolvunt: (1) est, ut prædium in quæsitæ nobilitatis signum primo sit concessum, (2) ut immunitate gaudeat, eamque ad omnes feudi successores transmittat, *Iterus de feud. Imp. c. 3. §. 6.* In dubio tamen voluntas nobilitandi in eo, qui nobile feudum concedit, secundum theoriam juris videtur, præsumi. Vid. *Carpz. l.c. Borcholt. part. 2. Consil. 16. arg. l. 39. ff. de pacis & l. 33. ff. de contrah. emt. Hornius de feud. Cap. 3. §. 20.* quod tamen in praxi vix obtinet.

VII.

Feudi divisionem in ligium, quod nonnulli etiam homologium vocant *Georg. Obrecht. l. 1. c. 5. n. 107. de Jur. feud.*, & non ligium, ut in praxi observatam & intextu 2. f. 99. nec non in c. 2. *Pastoralis de sentent. & re judic. clement. fundatam*, admittentes asserimus: Neminem duorum dominorum posse esse Vasallum ligium. *Rosenthal. de feud. c. 2. concl. q. Anton. Contius c. 3. §. 7. Method. de feud.*

IIX.

Propriè feudum ligium ab eo sicut tantum modo concedi-

ceditur, qui neminem nisi Deum & gladium in hisce
terris habet superiorum. *Schulz. Synops. Jur. feud. c. 3.*
§. 91. Principes tamen Imperii ob analogicam Maje-
statis potestatem, *Hugo tract. de stat. Reg. Germ. c. 3.*
§. 1. cap. 4. §. 2. c. 6. §. 25. feudum ligium aliqua ratio-
ne concedere possunt, *Rosenthal. Cap. 2. concl. 3.* Hu-
jus rei exemplum apud *Londorp. l. 6. c. 10. n. 2.* de sere-
nissimo Hassia Landgravio Ludovico reperitur: qui
A. 1438. comitibus de Waldeck hac conditione in-
vestituram concessit, ut aperturam castrorum Waldec-
censium adversus omnes suos hostes, nemine excepto,
sibi promitterent. *Jung. Iter. i. de feud. Imp. cap. 2. §. 12.*

IX.

Feudi divisio in hereditarium & ex pacto & pro-
videntia recepta quidem est Dd. calculo atque in foro
retinenda *Bocer. de qualit. & diff. feud. c. 5. Borcholt.*
•. 4. n. 16. *Hartman. Pift. l. 2. Q. 1. n. 99.* Examinata
autem ad juris feudalis textus vix ac ne vix quidem
subsistet. *Niell. Disp. l. 10. f. 13. §. Etsi clientulus.*

X.

Ob pactorum, quae facti sunt, naturam in dubio
hodie feudum potius ex pacto & providentia, quam
hereditarium censemur: *l. f. 8. 2. f. 2. in fin. Vulpej. c. 8.*
n. 83. Mascard. de probat. cond. 767. n. 10. Mynsing. Cent.
4. obs. 2. Ludo. Gunther. Martini Comment. ad ordinat.
process. Jud. Saxon. tit. 40. §. 1. n. 4. Contra Bronchorst. de
feudis c. 4. §. 19. & alios a Mascardo l. c. n. 8. allegatos.

XL

Sicuti ex nudo pacto seu promissione de J. C. ne-
mo efficaciter obligatur *l. 7. §. 4. ff. de Pact. Cornel.*
van Eck Thes. Jur. Controv. part. 1. §. 65. ita nec domi-
nus

nus ex nuda feudi promissione tenetur *Niell. disp. 4. §. 1.*
In praxi tamen contrarium observatur, & *condictio ex*
mortibus adversus eum datur.

XII.

Quamvis expediti sit juris, Imperatorem Romano-Germanicum de bonis suis patrimonialibus, ut quemvis dominum, novum feudum libere constituerre posse: Non tamen eandem potestatem circa bona imperio immediate subiecta Imperatoriæ majestati tribuere possumus, quia hoc capitulationibus adversatur, Vid. *Capit. Carol. V. art 24. Leopoldi art. 30. Josephi art. 29. Carpzov. Disp. 3. §. 4. Struv. Syntagm. c. 5. apb. 6. n. 4. Rosenthal. cap. 3. concl. 21. n. 2. & seq. de feud. Itter. de feud. Imp. cap. 7. Finckelthaus. Disp. feud. 3. Contr. 7. ibid.*

XIII.

Pupilli atque minorennes sine tutorum curatorum auctoritate & consensu indistincte de veteri feudo investituram facere possunt 2. f. 3. pr. *Vultej. lib. 1. c. 3. §. 7. 8. arg. pr. Inst. de Aut. tut. de novo non Casp. Bitschius ad text. 2. f. 3. Hornius in jurispr. feudal. c. 5. n. 18.*

XIV.

Fœmina de feudo valide investitur. 2. f. 30. 1. f. 8.
24. ut & rusticus 2. f. 10. 2. f. 34. §. 1. *Hartm. Hartm. ab Eppingen. tit. 5. 4. obs. pract. for. 2. Gothofr. Antoni Disp. feud. 2. §. 6. Lit. d. Hornius in Jurisprud. feudal. c. 5. §. 27.* Nec non superior ab inferiore ratione dignitatis, vel subjectionis *Vult. L. 1. c. 4. §. 9. 10. Eiben Elec. Jur. feud. c. 11. §. 9. 2. f. 100. arg. l. 14. ff. de jurisd. Schulz. Synops. Jur. feud. c. 5. n. 14. Stryck. Exam. J. f. in append. n. 18. ubi investiturae à divo Georgio Wilhelmo, Duce Bruntvic. & Lune-*

Luneburgens. in Regem Daniæ collatæ, formulam exhibet. Monachis etiam & clericis feuda concedi possunt sed diverso modo. 2. f. 4. §. fin. 2. f. 3. §. personam vero. *Struv. Synt. I. f. c. 5. §. 15.* An autem in feudo posteriores succedant ex consuetudine cuiusque loci decidendum. *Struv. l. c. cap. 9. §. 9. Rosenthal. cap. 7. concl. 30.*

XV.

Feuda filiosam citra patris respectum concessa peculio adventitio extraordinario annumerantur. *Beati Georg. Engelbrecht. Compend Jurispr. tit. de peculio §. 2. in fin. Nov. 117. c. 1. Auth. Excipitur. C. de bonis quæ liber.* Ideoque ususfructus non patri sed filiosam. acquiritur arg. 2. f. 23. in fin. Potest etiam filius fam de peculio adventitio extraordinario aliis libere feudum constituere per l. 6. §. 2. Vers. fin autem. l. 7. C. de bonis quæ lib. *Carpz. Disp. feud. 3. §. 9. Contra Bocer. de qualitate & differ. feud.* *Vide Struv. Synt. c. 5. §. 5. n. 3.*

XVI.

In feudo proprietas rei manet apud dantem, utilitate in accipientem translata 2 f. 23, ob quam rem in aprico esse reor: In re mobili, quæ usu consumitur, qualis est pecunia, feudum non constitui 2 f. 23. 2 f. 55. *Reusner. Method. J. f. disp. 4. §. 16.* Hoc etiam ad pecuniā ex feudi venditione redactam nonnulli applicare volunt *Arum. Disp. I. J. f. §. 5. 2. f. 26. §. si vasallus. Finkelthaus. Disp. feud. 3. contr. 9. & 10. Vultejus. I. I. c. 5. n. 10.* Sed minus rectè, ideoque illis praxis contradicit *Vid. Modest. Pist. Consil. 5. q. 4. Kopp. dec. 18. n. 13. &c appellantur die Lehn-Gelder.*

B

XVII.

XVII.

ibidem *ad* *res immobiles* *competit*, *sive* *fit* *realis*, *sive* *personalis*, *ut* *est* *actio hypothecaria*, *Rei vindicatio*, *in* *feudum recte datur*, *arg. l. 15. ff de R.J. Gail. 2. O. 11.* *Par ratio est cum annuis redditibus perpetuis*, *sive longo tempore duraturis*, *quorum dies nondum cessit*, *neque actio pro iis exigendis jam competit*. *Gail. 2. O. 10 Borcholt. de feud. c. 6. n. 15.*

XIX.

Similiter res ecclesiasticæ in feudum dari possunt, tot. tit. X. de reb. eccles. non alien. Gail. 2. O. ult. modon non sint TITULI. I. f. 6. & c. 4. 16. 23. de præbend. Decimæ tamen, utut titulorum rationem habeant, a Principe Evangelico in feudum certo modo dari possunt. Carpz. Jurispr. Consist. L. 1. d. 126. Arnif. de Exempt. cleric. c. 9. Zaf. de feud. part. 4. n. 24. & omnis generis molendina, aquatica, navalia, pneumatica, tam cum prædio, quam seorsim, in feudum conceduntur, Hering. de molendinis. q. 8. n. 16. Finckelth. Disp. feud. 3. contr. 20.

XIX.

Cui castrum cum Jurisdictione simpliciter, e.g. wir belehn dich mit den Gerichten, in feudum est datum, ei mixtum imperium, ut mulctam dicere, pignus capere, quod jurisdictioni omnino cohæret l. 5. §. 1. ff. de off. ej. cui mand. est Jurisd. concessum videtur; Non vero merum imperium, sive potestas gladii ad animadvertisendum in facinorosos Finckelth. Disp. feud. 3. contr. 12. Knich. de vestit. part. part. 2. c. 1. n. 54. & seq. Menoch l. 3. presumt. 97. contrarium habet Carpzov. p. 2. Const. 40. def. 6. Nec jus collectandi. Klock. de contribut. cap. 5. n. 171. c. 14. scit. 2. n. 28. Nec statim nobilis, qui habet altam jurisdictionem in feudum con-

concessam, cera rubra, in literis signandis & instrumentis ad jurisdictionem spectantibus, uti potest. Stru. v.
obser. feud. ad cap. 3. Syntagm. J.f. §. 10 p. m. 23. 24.

XX.

Succedit in feudum ex sponsa genitus cum quae sponsalia publica de praesenti sunt contracta; licet benedictio sacerdotalis, de Jure civili ignota, in Ecclesia vero nostra, ut publicum matrimonii consummati testimonium, recepta, & ad matrimonii essentiam propriè non pertinens Stryck. ad Brun. Jus sacr. I. 2. c. 16. §. 6. haud intervenerit. Aliter dicendum, si talis vel consuetudine locorum, vel provinciali constitutione à feudi successione arceatur: Stru. v. Syntagm. J.f. c. 9 aph. 3 n. 13. Stryck. de succes. ab intest. I. c. 3. §. 28.

XXI.

Secundum praxin modernam filius per subsequens matrimonium legitimatus in feudo quidem succedit per c. 6. X. qui fil. sunt legit. I. 10. C. de natural lib. Schurff. cent. 1. consil. 1. n. 17. Mynsing. cent. 5. obseru. 42. nisi contraria constitutione, qualis est divi Henrici Julli de A. 1593, a successione excludatur.

XXII.

Sed in theoria juris f., tam legitima per subsequens matrimonium, quam per rescriptum principis, propter verborum 2. f. 26. §. Naturales generalitatem feudi successio videtur deneganda.

XXIII.

Ex feudo dos congrua, cuius quantitas in Ducatu Guelpherbytano per constitutionem d. 25. Januarii A. 1703. publicatam definita est, filiae in subsidium suppeditari debet. Jacob. Schultes. in addit. ad Modest. Pist. part. 2. Q. 22. n. 23. Hieron. Schurff. Cent. 1. Cons. 24. n. 1.

B 2

n. 1. Berlich. dec. 334. Et hoc in primis locum habet in
egenia. In Marchia vero & Pomerania obtinet, ut fi-
liae locupleti indistincte, sive paterna hereditas sufficiat,
sive non, pro boni viri arbitratu dos detur, das die
Aussicht von Erb- und Lehn zugleich geschehen solle.
Brun. ad l. 60. § 69. ff. de Jur. dot. Mev. p. 3. d. 363. in
addit. n. 2. Carpz. tr. de oner. feud. d. 3. posit. 4. arg. l. ult. C.
de dot. promis. l. 2. ff. de jur. dot. Mev. p. 3. d. 164. 165.
Berlich. l. c.

XXIV.

Dos non intelligitur, nisi deducto ære alieno l. 60.
§ 69. §. 1. ff. de Jur. dot. l. 39. §. 1. ff. de verb. signif. Hinc
nec ex feudo debetur, nisi paternis creditoribus fue-
rit satisfactum, nam Jure civili filiae non gaudent be-
neficio prælationis. arg. tot. tit. ff. quæ in fraud. cred.
Richter. de privilieg. credit. Disp. 8. §. 7. Mev. p. 3. Dec.
864. in addit. n. 8. Berlich. d. 334. Consuetudine tamen
contrarium potest induci. Rauchbar. p. 1. q. 38. n. 49.
Carpz. def. for. p. 2. Constat. 46. def. 17. idem p. 2. decis. 175.
Brun. de concurs. Credit. cap. 5. n. 53. Ad onera feudi
pertinet, ut ex feudo in subsidium vasallus funeretur.
Mev. p. 2. d. 124. § m addit. ibid. n. 7. Non vero hoc
extenditur ad filias defuncti vasalli. *Carpz. part. 2 decis.*
172. n. 23. 24.

XXV.

Expectativatus propria auctoritate possessionem
feudi vacuam ingredi potest. Hartm. p. 1. l. 24. q. 25. Ber-
lich. concl. 54. n. 62. Et quamquam Jure civili prohibitum
reperiatur de successione viventis pacisci l. 52. § 9. ff. pro
soc. l. 5. in fin. C. de past. Brun. adb. l. Dominus tamen, Vasal-
lo adhuc vivente, alium, in eventum feudi vacaturi, li-
cite

in
fi
at,
ie
le.
in
C.
is.

o.
nc
e
e
d.
ec.
en
9.
s.
di
ur.
oc
if.

m
r
n
ro
l
i
e

cite & de jure feudali communi superinfeudare potest,
2. f. 26. §. moribus. 1. f. 3. 9. 27. 2. f. 35. vers. ubi vero.
Horn. Jurispr. feud. c. 12. §. 18. quod univerfo Germaniae uiu observatur. Gail. 2. O. 155.

XXVI.

Expediti juris est, quod, si duobus simpliciter expectativa feudi fuerit concessa, aperto feudo prior sit praeferendus, si neuter habeat possessionem. Si alteruter possessionem est naectus, contra Gail. 2. obs 55. pro possessore pronunciamus cum Mervio p. 4. dec. 78. Zafio in Epit. feud. p. 5. n. 16. nisi dolus adsit, ut in casu quem habet Struv. in obseruat. feud. p. m. 54. §. 6. Quod si priori nuda expectativa, posteriori vero investitura simultanea fuerit, consentiente vasallo, concessa, tunc, licet primus in possessione sit constitutus, pro posteriori sentimus. Merv. l. c. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 12. n. 7. Struv. obs. feud. pag. m. 52. 53. & seq.

XXVII.

Scriptura negotii, excepto contractu literali, de cuius essentia est, §. un. J. de oblig. lit. plerumque probationis gratia accedere solet l. 4. ff. de fid. Instrum. pr. Inst. de emt. vend. l. 39. ff. de O. & A. quo pertinet etiam feudum, de cuius substantia instrumentum investituræ non magis est, quam scriptura de emphyteufis arg. §. 3. J. loc. cond. l. 17. C. de Pad. Exam. J. f. Stryck. c. 1. q. 26.

XXIX.

Vassallus, absque domini consensu, non potest feudum hypothecæ nexui valide subjcicere. 2. f. 42. & 55. Merv. p. 2. dec. 105. n. 1. part. 5. dec. 246. Neque in emphyteufin dare 2. f. 52. 55. Mynsing. Cent. 6. obs. 30. n. 1. 2. 2. f. 9. §. 1 in quo textu per contractum libellarium

emphyteuticus significatur. *Struv S.J. F.c.2.§.10.n.4.*
Neque donare. 2. f. 13. 17. *Lauterbach Comp. Jur. p. m.*
447. Transigere tamen, citra domini consensum, de
feudo, si vasalli jus sit dubium, non prohibetur. 2.f.
26. §. si vasallus. *Vinn. de transact. c.3.in.fin.* sed eo casu
directum dominium feudi domino semper manet sal-
vum b. *Georg. Engelbrecht. Compend. Jurisp. tit. de transact.*
§. 61. *Iter. de feud. Imp. c. 23. §. 6.* Quamvis autem, abs-
que consensu domini, vasallus feudum distrahere ne-
queat; In praxi tamen receptum est, ut proximo a-
gnato simultaneo investito, inscio domino illud ven-
dere possit. *Mev. p. 7. dec. 247.* Alias autem ne qui-
dem sub pacto de retrovendendo feudi alienatio sub-
sistit. Sed si in retrovenditionem consenserit domi-
nus, & pecunia, pacto resoluto, restituatur vasallo,
dubium est, ad quem pertineat. Nonnulli enim suc-
cessoribus feudalibus, nonnulli heredibus allodialibus
eandem attribuunt, *Carpz. I. 5. Respons. 31. Richter ad l.*
2. C. de pact. inter emt. & vend. n. 126. & seq. Struv. obs.
feud. ad cap. 4. § 1. 2. Nos feudalibus successoribus ean-
dem deberi statuimus. *Horn. Jurispr. feud. c. 4. §. 8.*

XXIX.

Moribus hodiernis, dotalitium, sine domini conser-
tu, vasallus, in feudi parte, constituere potest. *Carpzov.*
p 2 c. 42. def. 5. & 6. Hartm. Pistor. I. I. q. 4. Idque in
Marchia Brandenburgensi obtainere testatur *Coppen. De-*
cis. 39. n. 42.

XXX.

Subinfeudatio legitime & valide fit a Vasallo, mo-
do citra domini præjudicium peragatur & omnis dolus
absit. 2.f.2. §.2. 2.f.3. c, 1. 2.f.9. 2.f.24. *Schrader de feud.*
part.

*part. 3 cap. 2. n. 5. & part. 8. c. 2. n. 10. Frantz. de Laude-
müs cap. 14. n. 43. 44. Subvasallus tamen, subinfeudan-
tem vasallum, non primum dominum, recognoscere
tenetur. Frantz. d. tr. c. 7. n. 123. & cap. 14. n. 51. 52.*

XXXI.

Feudum, domino etiam invito, *Carpz p. 2. dec. 139.*
n. 8. consensu eorum quorum interest, valide refutatur; modo non fiat intempestive, eò nempe tempore, quo ejus servitiis dominus habet opus *Mynf. cent. 6. obj. 23.*
n. 2. Borchol. c. 8. n. 54. An autem Vasalli refutatio domino facta, subvasallo præjudicium pariat, ita ut subfeudo suo privari a domino possit, altioris indaginis quæstio esse videtur? Nos eam negamus, modo feudum sit antiquum & infeudari solitum, atque subvasallus priori domino servire, ab eoque feudum recognoscere promptus & paratus sit *2.f.9 c.1. Rosenthal de feud. cap. 9. memb. 1 concl. 48. n. 8. Struv. Syntag J.f. cap. 12. aph. 13.* Quæ opinio à celeberrimâ Facultate juridica, quæ in alma Julia est, in responso quodam ad Hermannum Fricken & consortes, Immerodæ habitantes, haud ita pridem confirmata est, ut Dominus Præses mihi retulit.

XXXII.

Vasallus, non nisi vocatus, domino præstat servitia, muss das Lehn mit dem Ritter-Pferde bedienen. *2.f. 28. §. ad hæc 2.f. 26. §. licet. Kohl. de servitut. feud. p. m. 7. n. 3.* tam in casu necessitatis, quam qui in honorem domini, in Ehren-Geller, vergit *Kohl. l.c. n. 99.* & quidem regulariter in propria persona *arg. 2 f. 6. 7. propriisque sumtibus 2 f. 23. in fin. arg. 1. 18. ff. de oper libert. Coccej. Hy. pomn. J.f. c. 6. §. 28.* modo feudum sit magnum: Sin adeo exiguum

xiguum & parvum, ut sumtibus & impensis servitorum non sufficiat, licet opulenta bona allodialia habeat vasallus, non tenetur plus expendere, quam quod reditus ex feudo provenientes exæquat. 2 f. 77. reliquos sumtus suppeditabit dominus. *Carpz. disp. 8. § 23. in fin.*
Kohl. d. tr. p. m. 7. n. 1. & p. 8. n. 56.

XXXIII,

Vasallus non præstat domino servitia adversus liberos suos vel parentes, *Carpz. de feud. disp. 8. §. 14. 15. 16. Zaf. de feud. part 7. n. 29. 30.* nisi dominus sit superior. Contra patriam opem ferre non tenetur, sed potius patriæ contra dominum succurrit; licet literis investituræ addita fuerit clausula, quod non velit in consilio vel auxilio factiove contra dominum esse. 2 f. 7.

XXXIV,

Si feudum magna accessione naturali augetur, indistinctè servitia non statim augmentur. Sed tunc demum quando indeterminate debentur: *Struv. Synt. Jf. c II. §. 5. n. 7.* debent tamen mores regionum respici. *Tabor. trad. Vol. 2. p. m. 602. § 5.*

XXXV,

Feudum non redit ad dominum, quando vasallus violentas sibi intulit manus, sed succedunt indistincte descendentes, vel agnati. *Reusner. J.f. Disp. 9. §. 65. Vultej. L. I. c. II n. 34.*

XXXVI,

Ob commissam feloniam non amittit Vasallus feudum ipso jure immediate, vel ipso facto, sive sit notoria, sive non notoria, sed accidente desuper sententia privatoria 1. f. 21. verb. sine cognita causa. & 22. verb. damnetur. *Rosenthal concl. 10. c. II. Alex. Cons. 124. n. 1.*

n. i. Vol. I. Gail. 2. O. 51. n. 1. Aliter tamen Jure statuto
tario seu particulari introduci potest. Vid. Constit. D.
Henrici Julii de A. 1595. 1604. Et Serenissimi Georgii Wil-
belmi p. m. de A. 1649.

XXXVII.

Si vasallus dominum cucurbitaverit, feudo priva-
tur. I. f. 5. quo non immerito referimus osculum lu-
xuriosum conjugi domini datum per eund. text. Bor-
cholt. c. 8. n. 98. Stryck. de Jur. sens. disp. 7. cap. ult. n. 24.
Schradener. de feud. p. 9. c. 2. n. 74. & tale osculum regula-
titer præsumitur, a qua præsumtione nullo modo
sunt eximendi clerici. Farinac. oper. Crim. q. 136. n. 202.
Et 203. Etsi benedictionis causa oculari dicantur. Gloss.
in can. 14. Caus. II. q. 3. Junge Hornii Jurispr. feudal. cap. 23.
§. 7. 8.

XXXIX.

Quod de uxore idem & de sponsa domini dici
potest Georg. Obrecht. de Jur. feud. l. 4. c. 4. n. 5. Fincket-
thauf. disp. feud. 10. contr. II. Vult. l. 1. feud. c. 11. n. 57. arg.
l. 13. §. 3. ff. ad l. Jul. de Adult. l. 7. C. eod.

XXXIX.

Vasalli conatus & minæ, quibus domino mortem
vel vulnus intentavit seu minatus est, ad feudi priva-
tionem absque omni dubio sufficiunt 2. f. 5. §. similiter,
I. f. 24. §. 2. f. 57. Rittersh. paratit. lib. 2. c. 5. q. 5. §.

XL.

Vasallus moderamine inculpatæ tutelæ adversus
dominum uti potest, modo hic non sit superior, ut
Rex, vel Princeps, Ant. Disp. II. §. 3. l. a. & b. Grot. de J. B.
& P. l. 1. c. 4. §. 7. l. 2. c. 1. §. 9. Puffend. d. J. N. Et G. l. 2.
c. 5. §. 2.

C

XLI

XLI.

Feudum sine consensu domini alienatum ita revertitur ad dominum, ut liberis, mortuo patre, non veniat restituendum, bene autem agnatis arg. 2.f. 28. §. ult. 2.f. 38. 55. in pr. verb. callidis. Hartm. Pift. l. 2. q. 17. n. 8. § seq.

XLII.

In liberorum simul succedentium arbitrio est, an velint feudum communiter tenere, vel inter se dividere. Idque possunt absque domini consensu 2.f. 55. §. 1. vers. præterea. 2. f. 50. modo non sit ein umbgehend Lehni. Struv. Synt. J. f. c. 9. § 5. n. 4. 5. In feuda etiam hoc modo possunt succedere nepotes, vel pro nepotes, jure repræsentationis in stirpes arg. 1.f. 8. verb. loco sui parentis, si cum patrui concurrunt. Struv. l. c. n. 3.

XLIII.

Quod si uni heredum feuda, alteri allodialia, assignentur, vel unus pro parte feudi pecuniam acceptet, tunc nihilominus in feuda de jure communi succedit 2.f. 50. Bitschius ad h.l. Rosenthal. de feud. c. 9. §. 83. Juxta praxin tamen multorum locorum non aliter mortuo cohærede succedit, quam si specialiter in feudo jus simultanæ investituræ constitui curaverit, ejusque renovationem, eveniente casu, petierit Mühlport. Caut. 4. feudal. Wenzenbec. Vol. 2. consil. 84. in fin. § 82. n. 17.

XLIV.

Successor feudalis, ni hereditatem defuncti adierit, ad solvendum æs alienum, si sit agnatus, non est obligatus, sed si sit filius, qui mediante patre succedit, secus est per text. 2.f. 45. Struv. Synt. J. f. c. 14. apb. 30. Land-

Landtages Abschied zu Wölfenbüttel de Anno 1619.
§. 8. atque ita inclytam Facultatem Juridicam, quæ in
alma nostra Julia est, haud ita pridem ad senatum
Sch. in causa H. respondisse, a Domino Præside co-
gnovi.

XLV.

Vasallus, domino, ob summam, quam ei debet,
reverentiam, & insignem honorem, non potest defer-
re juramentum calumniæ vel malitiæ; Bene autem
dominus vasallo. 2.f.33. §.1. Lauterb. Comp. juris tit. de
Juram. p. m. 177. 188. Schrader. tractat. feudal. p. 6. c. 7.
n. 14.

XLVI.

Hodie sine venia dominum vasallus in jus vocat,
modo non sit simul superioritate territoriali præditus
b. Georg. Engelbr. Comp. Jur. p. 32. §. 19. Speckb. Cent. I.
q. 55. Gail. de pignorat. obs. 15. n. 4. aliter Jure commu-
ni observatur 2.f. 22. Imo in causis civilibus, non
attenta distinctione Zasfi part. 10. n. 42. feud. contra do-
minum Vasallus potest postulare 2.f. 6. vers. Honestum.
Vide Disp. Wesenbec. in Tabor. tractat. Vol. 2. Disp. 8. q. 6.
contra Bachov. Vol. 1. Disp. 8. Th. 2. Lit. g. vers. Va-
sallus.

XLVII.

Dominus feudi, modo clare constet de hac qua-
litate inter litigantes, de feudo judex competens est
2.f. 55. §. 2. vers. Præterea. Sive Clericus sive Laicus
sit Vasallus; Schulz. Synopf. Jur. feud. c. 12. §. 20 seq.
Interdum tamen vel loci judex ordinarius, vel etiam
superior, adiri potest. Struv. Synt. J. f. c. 16. §. 7. Gail.
20. 156.

XLIX.

Potestas judicandi, quæ domino competit, non solum ad judicium feudale petitorum, sed & possessorum sese extendit. *per 2.f.55. §.2.* quia possessionis & proprietatis causæ non sunt dividendæ. *l. 10. C. de judic. c. 1. x de caus. poss. & propriet. junge Schrader. de feud. part. 10. sett. I. Schurff. cent. 2. consil. 32. in fin. Menoch. de retinend. possess. Remed. 3. n. 376. & seq.*

XLIX.

Vasallo contra dominum competere interdictum unde vi recuperandæ possessionis, & actionem ex can. 3. Redintegranda. contra Finckelthaus. disp. II. contr. I. statuimus; *vide Rittershus paratit. l.2. c.8. §.10. Rutger. Ruland. de commiss. part. 3. lib. 3. c. 19. §. 15. Mev. p. 5. Dec. 178. in addit. n. 9.*

L.

Domino adversus vasallum datur actio præjudicia-
lis, si hic forsitan neget se domini vasallum esse. Rit-
terb. l. c. q. 15. Stryck. Exam. J. f. c. 24. q. 15. Lud-
veedel. disp. feud. p. m. 413.

T A N T U M.



SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI
GEORGII LUDOVICI

DUCIS BRUNSVICENSUM ET LUNÆ.
BURGENSUM

S. R. I. ELECTORIS

IN CANCELLARIA MILITARI

CONSILIARIO SPECTATISSIMO

GENEROSISSIMO DOMINO

JOHANNI PHILIPPO
de HATTORF

PATRONO SUO PLURIMUM SUSPICIENDO.

SE SUAQUE STUDIA

COMMENDAT OBSEQUENTISSIME

HAS-



HASQUE
JURIS FEUDALIS CONTROVERSI THESES
EXIGUUM MAGNÆ OBSERVANTIAE PIGNUS
QUA PAR EST DEVOTIONE ANIMI
CUM VOTO PERENNIS PROSPERITATIS
DICAT CONSECRATQUE
ILLUSTRIS HATTORFIANI NOMINIS
CULTOR ET ADMIRATOR PERPETUUS

JOACH. HEINRICH. WALTHAUSEN.

ERGO iterum prodire iuuat, plausumque mereri,
VVALTHAVSI, patriæ spesque decusque
tuæ.
Ergo iterum monstras, quam sint tibi plurima dona,
Ingenii quænam nobilioris opes.
Osto abierte anni, dum te pia Iulia fouit,
Ciubus egregiis Iulia læta suis.
Elapsum quoties tempus reminiscitur illud
Mens, licet hoc vel me scire tacente queas,
Te, solidis deditum studiis, ad summa recordor
Iuisse, & recta, qua decet ire, via.
Priuata excoluiisse placet Romanaque iura,
Instrueres ut te fortia ad arma fori.
Et tamen haud reliquam doctrinam negligis omnem,
Quod paruis vitium mentibus esse solet.
Tu nosti, prodeesse parum ciuilia scire
Iura, nisi fulcris sint roborata bonis.
Naturæ leges, populorum, ac publica iura,
Et quidquid docti cultior orbis habet,
Affidue coluisti, & mens fuit apta labori
Tam vario; cuncta hæc sunt bene nota mihi.
Te toties vidit, nata ad præclara iuuentus,
Eximium cathedræ sustinuisse decus.
Ius belli ac pacis tradit quod Grotius, æui
Sero venturi & gloria prima sui,

Excu-

Exutis, haud vno clarus certamine tali,
Et, si dicendum, hoc me moderante facis.
Singula qui possem conamina docta referre,
Dum tibi tam varium gloria pandit iter.
Nunc iterum ostendis doctrinæ diuitis vber,
Iuraque feudorum pagina culta docet.
Complexus multa es, hoc scripto interprete, paucis,
Atque erat ingenio res ea digna tuo.
Diligo te, quum sis doctus simul atque modestus,
Quumque supercilium non sit inane tibi.
Quam sumunt animos alii, si paucula norunt,
Pectora quam stolide turgidiora gerunt.
Quam cupiunt prodire atque inclarescere, vanum
Inque decus miseri, qua data porta, ruunt.
Tu solida es doctrina, illique modestia iuncta
Promittit meritis præmia digna tuis.
Perge bonis auibus, poteris sic nobile quandam
Inter honoratos nomen habere viros.
Macte animo vegeto, ac insta maioribus ausis,
Et studium maneat, quod fuit ante, tibi.
Auguror, eximii tibi decernentur honores,
Sint modo virtuti tempora longa tuæ.

*Ingenio & doctrina nobilissimo VVALTHAVSIO,
auditori suo per plures annos sedulo & in primis
caro secunda quævis ex animo precatus scr.*

IVSTVS CHRISTOPHORVS BÖHMER

Acad. Iulia h.t. Pro-Rector
Politici. & Eloquent. Profess. Ordin.

Helmstedt, Diss., 1706-08

X 2419083

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



074.

SEMICENTURIA

THESIUM THE-
ORICO-PRACTICA-
RUM JURIS FEUDA-
LIS CONTROVERSI,

QUAM

D. O. M. A.

Præside

ANDREA HOMBORGIO,
J. U. D. & in Academia Julia Pro-
fessore Juris Canonici & feudalis,
Judicii Guelpherbytani provincialis Assessore.

Præceptore meo atque Patrone Venerando,
ad diem Januar. MDCCVI,
publico eruditorum examini

submittam,

Respondens & Autor

JOACH. HEINR. WALTHAUSEN
Hamelensis.

HELMSTADII

Typis Georg-VVolfgangi Hammii, Acad. Typogr.

30.